22. 7bre 1341.

Cum Operarij et Monetarij de juramento Franciae conquesti fuissent in nostra Curia quod Licet Ipsi ac Eorum vxores et familiae cum Eorum bonis mercibus seu mercaturis quibuscumque operantes et non operantes; mercantes et non mercantes per privilegia sibi a Nobis et nostris Predecessoribus concessa sunt ac esse et remanere debeant per Regnum nostrum Liberi quitti et Immunes ab omnibus Talliis

Portuum Pedagiis et passagiis tam
ratione Mercium seu Mercaturarum et
aliarum nec non Et a Centesimo quinq.^mo
calices Subsidiis calvalcatis et generali-
ter ab omnibus Subventionibus Exactionib.
Maltotis Impositionibus servitutibus et
Novitatibus quibuscumque et quocumque
nomine Censeantur. nonobstantibus et
quibuscumque Privilegiis in contrarium
concessis vel concedendis. Nihilominus
Commissarij seu Deputati ad Levandum
Impositionem quatuor denarium pro
Libram Conquaerentes praedictos seu
Nonnullos ipsorum ad solvendum Impo-
sitionem praedictam pro suis bonis et
Mercibus seu mercaturis vendisis et
vendendis compellere nitebantur, Et e
propter hoc bona sua et vadia ceepe-
rant et detinebant Injuste contra e
dictorum privilegiorum tenorem indebite
veniendo in dictorum conquaerentium
praejudicium et damnum ut dicebant

petentes quatenus per Curiam nostram pronunciaretur Ipsos conquaerentes ad impositionem praedictam non teneri ac vadia seu bona sua propter hoc capta sibi reddi et deliberari Ipsosq. liberos quittos et Immunes juxta tenorem dictorum privilegiorum teneri et observari Et Impedimentum in contrarium oppositum penitus amoveri debere, Procuratori nro qui Causae hujus modi deffensionem assumpsit E contrario proponente quod attentis causis, modis conditionibus Indictionis seu concessionis Impositionis praedictae per Curiam nostram pronuntiari debere praedictos operarios et monetarios mercantes et non mercantes ad solvend. Impositionem praedictam teneri, Nam ut omnes tam privilegiati quam alij Eam solverent pro deffensione Reipublicae ad quam omnes tenentur indifferenter per nos de consensu Populi Indicta fuerat et concessa Impositio praedicta

Nec præfati operarij et Monetarij per privilegia per Ipsos allegata ab hujus modi Impositione Eximi poterant nec debebant, nec etiam Ipsa Impositio in dictis privilegiis poterat comprehendi. Cum aliàs visum non fuisset pro simili causa impositionem fuisse factam seu Etiam ordinatam, dicebat Etiam quod Si forsan aliqui operarij vel Monetarij a dicta Impositione Liberj vel Immunes Esse debebant, verumtamen operarij et Monetarij Mercantes omni Excusatione cessante ad solvendum Impositionem hujus modj tenebantur, Nec obstabat hoc verbum mercantes scriptum in privilegiis prædictis seu altero Ipsorum, cum per Errorem potius quam aliter Scriptum fuisse reputarj debebat ut dicebat. plures alias rationes proponendo ad fines prædictos, præfatis operariis et monetariis replicantibus ex adverso quod attentis privilegiis

praedicta ac modis et conditionibus ex causis Concessionis Ipsorum ac pluribus aliis rationibus per Eos allegatis S.^tor Noster ad premissa per Eum proposita non Erat admittendus sed ab Inde debebat repelli, Ipsique in Libertate predicta juxta dictorum privilegiorum tenorem teneri et Servari debebant). Auditis igitur rationibus propositis hinc Inde, visis que privilegiis anobis et praedecessoribus nostris dictis operariis et Monetariis Concessis per Arrestum Curiae dictum fuit praedictos operarios et Monetarios non tenerj ad Impositionem praedictam Bonaque Sua propter hoc capta Sibi reddi et deliberarj, Ipsosq. ab hujusmodj Impositione Liberos et Immunes juxta tenorem dictorum Privilegiorum manutenerj et Servarj debere nonobstantibus propositis ex adverso die xxvj^o septembris S.